



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 9. Igne de cælo cadente punitorum complura exempla.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

## §. IX.

*Igne de cœlo cadente punitorum complura exempla.*

Quis hanc historiā narrari audiens, non

Dan. 3.

dicat: *Benedicite fulgura & nubes Domino?*

Nam coruscationes hę & iram, & misericordiam DEI luculentē patefecerunt. Cūmq;

Psal. 34.

*sint omnes via Domini misericordia & verita-*

*necesse est, mundo exhibere, non tantum*

*benignitatem erga homines, sed etiam ope-*

*ra justitię vindicis peccatorum. Si enim vin-*

*dicta non esset, pauci se cœlo dignos face-*

*rent, pauci virtutem sectarentur; sed propè*

*omnes in flagitij sese cœno volutarent. Utin-*

*tur ergo Deus creaturis suis, quas armat in*

Gen. 19.

*peccatores. Sic igne usus est, quando Sodo-*

*mam & Gomorrham, Adamam & Seboim,*

*cum vicinis locis, ignis sulphurei nimbo ex-*

*ussit. Sic, Dione & Xiphilino teste, usus est*

*igne, quando fulminatrix legio, imbre de*

*cœlo babit, hostesq; Christianorū, prodigio-*

*sè impetratis fulminibus, attruit. Sic non*

*solū in fabulis, de Encelado Titani & Ter-*

*ræ filio, cæterisq; Gigantibus Iouē in cœlo*

*oppugnatis, semiustis, aut in Romanis de*

*fulmine in ipsam Neronis mensam delapo;*

*aut rursum in Christianis, de Olympio Car-*

thagin-

Dio in  
Marc.

Aurel.

Baron.

An. 176.

thaginensi Arriano Episcopo, in Balneo publico, SS. Trinitatem detestante, tribus fulminibus iacto, & in cineres redacto; sed etiam de Chuga Barbaroru in Theodosium conspirantium duce fulmine tacto legimus.

Sic de Rege Francorū Theodorico memo- **Gregor.**  
rat D. Gregorius Turonensis; nam dum fe- **Turon.**  
neſtras atq; ianuas templi fregiſſer, vt eō re- **li. 3. c. 12.**  
ceptos ſpoliaſet, fulmine de cælo tactus in- **de reb.**  
ferti raptoris ſpolium ipſe fuit. Sic, in Per- **Franc.**  
uana hiftoria, refertur, gentem quandā gi- **Ioſeph. à**  
ganteæ magnitudinis Sodomitico peccato **Colta. li.**  
fœdatam, Sodomitico etiā ſupplicio perijſ- **i.c. 19. de**  
ſe. Descendit enim de cælo, viſibili forma, **Nat. noui**  
juuenis, qualē Daniel deſcribit, inſtar ſolis **orb.**  
radios jaciens. Hic, coruſcante manu,   
trifulca fulmina ſuperne in eos ſparsit, om-  
nēſque, ad vnum, momento extinxit. Aiunt  
veſtigia horrendæ aduſtionis, tam in ſaxis,  
quam in oſſibus interfectorum, adhuc repe-  
riri. Paripacto multas & ædes, & vrbes, &  
homines, incendia depopulantur, Deo ſce-  
lera vindicāte, qui etiā in vindictam male-  
factorum, ignem æternum, diabolo, & Ange- **Matth.**  
lis eius, preparauit. **25. 41.**

§. X.

Cur aliquando fulmina & tempeſtates ſaniant  
in innocentis?

Quan-